Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">

Idcirco audi hc pauperula et ebria nõ a vino hc dicit dnator eius
dnus et deus tuus q pugnabit p pplo suo Ecce tuli de manu tua
calicem soporis fundum calicis indignationis mee nõ adiices ut bibas
illud ultra Et ponam illum in manu eorum q te humiliauerunt Et dixe
runt anime tue Incurua ut transeamus et posuisti ut terram corpus
tuum et quasi viam transeuntibus Et cetera lege. LII.

Exsurge consurge induere fortitudine tua sion Induere
vestimentis glorie tue ierusalem ciuitas sancti quia non adiicet
ultra ut pertranseat per te incircumcisus et immundus Excutere de puluere
consurge sede Ierusalem solue vincula colli tui captiua filia
sion quia hec dicit dnus deus Gratis venundati estis et sine argen
to redimemini quia hec dicit dnus deus In egipto descendit pplus
meus in principio ut colonus esset ibi et assur absque ulla causa
calumniatus est eum Et nunc in est hic dicit dnus quia ablatus est
pplus meus gratis dnatores eius inique agunt dicit dnus et
iugiter tota die nomen meum blasphematur Propter hoc sciet pplus
meus nomen meum in die illa quia ego ipse qui loquebar ecce assum
Quam pulchri super montes pedes annunciantis et predicantis pace
annunciantis bona predicantis salutem dicentis Sion regnauit
deus tuus Vox speculatorum tuorum leuauerunt vocem simul laudabunt
quia oculo ad oculum videbunt cum conuertere dnus sion Gaudete et
laudate simul deserta Ierusalem quia consolatus est dnus pplm suum
Redemit Ierusalem paruit dnus brachium sanctum suum in oculis
omnium gentium et videbunt omnes fines terre salutare dei nostri
Recedite recedite exite inde polluti nolite tangere exite de
medio eius mundamini qui fertis vasa dni quia non in tumultu exibitis
nec in fuga properabitis precedet enim vos dnus et congregabit vos
deus israel Ecce intelliget seruus meus exaltabitur et ele
uabitur et sublimis erit nimis Sicut obstupuerunt super te multi
sic inglorius erit inter viros aspectus eius et forma eius inter
filios hominum Iste asperget gentes multas super ipsum continu
ebunt reges os suum quia quibus non est narratum de eo videbunt
et qui non audierunt contemplabuntur LIII